



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXI. De Castro Wisenburg & morte XX. fratrum & plurium  
Christianorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Poppo de Osterna VI. Magister Gen. Ordinis Teut.  
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia.*

CAP. CIX.

*De*

*Morte VI. Fratrum & plurium Christianorum in Castro WeistotePila.*

**I**N eadem terra Barthensi, ut quidam referunt, fratres habebant Castrum dictum Weistote-Pilam, situm in littore fluvii Gobonis. Qui fratres quodam die exercitum Pruthenorum, qui Ducis villas ibi deprædaverat, sunt sequuti: sed Prutheni erumpentes de Insidiis, quas statuerant, sex fratres & plures Christianos occiderunt.

CAP. CX.

*De*

*Desolatione Castri Weistotepile.*

**N**ec dum satiati Prutheni in commodo fratrum collegerunt magnum exercitum & obsidentes castrum Weistotepilam tota die usque ad crepusculum fortiter impugnaverunt, fratribus ex opposito viriliter se defendentibus, sed cum Prutheni infecto negotio recesserunt, fratres considerantes infirmitatem Castri & quod non possent tam graves impugnationes à modo sine magno periculo sustinere, combusto Castro secretè recesserunt.

CAP. CXI.

*De*

*Castro Wisenburg & morte XX. fratrum & plurium Christianorum.*

Dd

Ca-

*Poppo de Osterna VI. Magister Generalis Ord. Teut.  
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia*

**C**Astrum Wisenburg, quod à Pruthenis Wallevvona dicitur, situm fuit in terra Barthensi in littore fluminis (a) Gobrionis, ad quod de Sudovvia & aliarum Nationum partibus venit exercitus, & depradato territorio circumjacente recessit, quo facto quidam de familia fratrum consuluit eis, ut sequerentur sine omni timore, cui fratres consentientes cum suo Exercitu velociter sunt secuti. Sed dum statim eos non invenirent, volebant redire, quod ille traditor prohibuit, promittens bonà fide, quod circa flumen, quod dicitur (b) Wengrapia eos sine dubio invenirent. Cui loco dum appropinquarent, sicut præordinatum fuerat, inimici repentiè insiluerunt in eos, quod videntes fratres, ascenderant quendam montem vicinum, & de illo se longo tempore viriliter defenderunt. Cadebant ex utraque parte plurimi interfecti. Tandem permittente Domino Prutheni prævalentes XX. & totum exercitum ipsorum occiderunt.

#### ANIMADVERSIONES.

- (a) Gubene, habet Jeroschinus. Oritur dimidio milliari à Vico Rhenensi, præterlabitur Rastenburgum & Luneburgum.  
(b) Wangrapien, dicit Jeroschinus; Hodie dicitur Angerap, qui amnis propè Insterburgum cum Instera conjunctus, appellatur PRIGORA sive ut hodiè vocamus PREGELA.

### CAP. CXII.

De

#### *Destructione Castri Wiesenburg.*

**H**Oc castrum Wisenburg à Pruthenis Anno Dn. M<sup>CC</sup>LXIII. ferè tribus annis fuit obsessum, & e- Idem Urbanus Papa Regnum (b) Cecilia quod rexerant tres machinas, cum quib9 quod Manfredus violenter occidiè cupa-